

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IV. A positivo ad comparativum negativo tantum valet consequentia

urn:nbn:de:bsz:31-102400

minus: & sic *levius* idem est, quod *minus grave*,
& *melius* quod *minus malum*. Et hoc modo à
comparativō ad positivū non valet conse-
quentia, sicut argumentum §. præc probat.

REGULA IV.

*Apositivō ad comparativū negativē
tantū valet consequentia.*

I. Ult. Non est bonus. E. non est melior hoc vel
illo. Non est leve. E non est levius hoc vel illo.

II. Adhibenda tamen eadem est distinctio &
cautela, quæ in Reg. præc. Vera enim est Règula
de comparativo propriè sumto, & ut importat po-
sitivum cum adverbio *magiſ*. Sed non est vera,
si comparativus importet oppositum sui positivi
cum adverbio *minus*. Non enim sequitur: *Ae-*
qua non est levius. E. non est levior terrā. Furtum
non est bonum. E. non est melius sacrilegio, si summa-
tur *levius pro minus gravi*, & *melius pro minus*
malo.

REGULA V.

Par parium est ratio.

I. Sive, quod valet in uno parium, valet, etiam
in altero, & quod in uno non valet, nec in altero
valet. Intelliguntur autem per paria commo-
dissimè hīc ea, quæ sunt æquè probabilita. Vult
igitur id propositio: *Quod si unum eorum, qua-*
que probabilitas sunt, verum est, etiam alterum ve-
rumerit. Si unum verum non est, neque alterum
verum erit.

Ecc 2

II.

et alia pri-
ositivam,
deficere &
vationem,
quō cau-
mod potuit

firmativi
quam esse
quod levis
silegiō, nec

plíciter su-
um positi-
vius idem
egis bonum,
ivum affir-
o melior est
Terra est
prise, ut ex-
adverbio
minus:

II. Scotistæ statuunt, attributa divina forma-liter ex naturâ rei distinguuntur inter se, tunc ab ipsâ essentiâ divinâ. Et cum objicitur, ex hac sententia sequi, in Deo esse compositionem aliquam, respondent, ex distinctione reali inferri quidem compositionem, sed non ex distinctione formalis ex naturâ rei, & hanc distinctionem posse stare cum summâ simplicitate.

III. Contra hanc sententiam possumus nos uti præsenti principio:

Si ex distinctione reali infertur compositio re-alis, etiam ex distinctione formalis ex natu-râ rei, infertur compositio formalis ex na-tura rei.

Sed prius verum est, afferentibus & concedes-tibus ipsis Scotistis,

E. & posterius.

Consequentia est manifesta, quia antecedens & consequens sunt paria. Sicut enim se habet di-stinctio realis ad compositionem realem, ita se habet distinctio formalis ex natura rei ad compo-sitionem formalem ex natura rei, quemadmodū quilibet intelligit. Si igitur ex illa distinctione

infertur realis compositio, etiam ex hac in-

fertur compositio formalis

ex natura

rei.

R. 474

E J

A

tiner.
bet A
auten
tatu c
oppo
ideò
mus.

I.

I.
VII.
stis &
Spec
& le
dos
iden